

vantes, contra eam dictos fratres nullatenus molestetis, ita quod ipsi optata quiete gaudentes, suorum pro vobis immolent domino vitulos laborum et nos devotionem vestram possimus merito commendare. Datum Laterani II. idus Maii, pontificatus nostri anno quinto.

Ex reg. orig. Gregorii IX. bullar. An. IV. V. tom. II. fol. 94. ep. 68. (Damit werden die Copien aus drei Handschriften im Vatikanischen Archive in Rom bezeichnet.)

Zürich*, 10. Nov. 1231.

Gregorius, episcopus etc. dilectis filiis T. sancte Marie et O. sancti Leonardi, Basiliensis, et W. Parmonensi**, Constantiensis diocesum prepositis, salutem etc. Johanni et Wernero, canonicis ecclesie Zovigenensis***, Constantiensis diocesis, in nostra presentia constitutis, dilectum filium, magistrum B. de Wercellis [Wercellis †], capellanum nostrum, concessimus auditorem, coram quo Johannes proposuit memoratus, quod, cum ipse olim a . . . preposito et capitulo eiusdem ecclesie nulla ibidem vacante prebenda receptus fuisset in canonicum et in fratrem, demum eodem W. [erner]o fratrum Predicatorum ordinem assumente, ipse prebendam eiusdem, tamquam vacantem, sibi ab eis petiit assignari: sed ipsi eam conferre sibi differentibus, idem W. [erner]us ab ordine ipso infra probationis tempus, non facta professione, discessit. Lite igitur super hiis coram eodem auditore legitime contestata, prefatus W. in iudicio fuit confessus, quod antequam ordinem predictum intraret, per annum †† intrandi propositum habuit, et cum intravit, requisitus a priore ††† suo, seculo renuntiavit omnino et in religione servituum domino perpetuo se devovit, sicque habitum assumpsit in ordine prenotato. Verum quia post hec prefatus W. tamquam contumax ab apostolica sede discessit: idem auditor habito prudentum virorum consilio, ipsius absentia presentia dei repleta, predicto W. [erner]o duxit super eadem prebenda perpetuum silentium imponendum. Nos igitur eiusdem capellani processum ratum habentes, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus illum, sublato appellationis obstaculo,

* Wahrscheinlich wollte Werner von Zofingen, von dem hier die Rede ist, in den Züricher Convent eintreten, denn vor 1231 bestand am Oberrhein zwischen Basel und Constanz nur in Zürich (seit 1230) ein Convent der Dominicaner.

** Parmonensis ist Vermünster, das aus Beromünster zusammengezogen ist. *** Zofingen, wo ein Collegialstift war. † Zu Wercellis war, wie oben S. 23 angegeben ist, die Universität für Theologie, das studium generale. †† Also von 1229 bis 1230. ††† Turicensi?

faciatis firmiter observari. Contradictores etc. Quod si non omnes etc. duo vestrum etc. Datum Reate III. Idus Novembris, pontificatus nostri anno quinto*.

Ex reg. orig. Gregorii IX. reg. t. II. ep. 153 f. 134^b. (Von G. Morell wird dieses Breve im Band 13 des Archivs für Schweiz. Gesch. S. 232 mit V. 153, d. i. anni V. epist. 153 angeführt.)

Zofingen**, 12. März 1304.

Benedictus, episcopus etc., venerabili fratri . . . episcopo Constantiensi, salutem etc. Querelam dilecti filii . . . prioris*** provincialis fratrum Predicatorum de provincia Theutonie recepimus continentem, quod licet olim fratres dicti ordinis locum † apud castrum Zovingense, Constantiensis diocesis, eis iusto titulo acquisitum, aliquandiu possederint et habitaverint in eodem, prepositus tamen et capitulum ecclesie Zovingensis de dicto castro prelevantes, quod ex eorum mora eis preiudicium imminerebat, ipsos fratres inibi habitantes, tam diu in iudicio et extra diversis iniuriis et gravaminibus vexaverunt, ac deduxerunt eas per multa litigiorum discrimina et anfractus, quod fratres predicti, qui, ut premittitur, locum habebant eundem, dictorum prepositi et capituli molestiis resistere nequientes, exinde recedere sunt coacti et locum relinquere prelibatum. Nos autem nolentes, quod fratres ipsi, quos tenemus et volumus apostolicis presidiiis confovere, talibus molestiis agitentur, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, eosdem fratres in possessionem dicti loci, a quo taliter sunt eieci, prout iustum fuerit auctoritate nostra reducas, et reductos etiam tuearis. Non obstante, si aliquibus ab eadem sit sede indultum, quod excommunicari, suspendi vel in-

* Dieses Breve ist an die drei Exeoren gerichtet. Solche an die Exeoren gerichteten Breven haben keine Einteilungsformeln, sondern sie beginnen mit der Erzählung der Thatsache in der Weise: cum dilectis filiis oder im Accusativ, oder sua nobis dilecti oder ex parte dilecti. — Der Inhalt dieses Breves hat Ähnlichkeit mit einem von 1266, das im cod. dipl. Saxonie regie II. I p. 161 steht. — Die bekannten Schlussformeln: contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo und quod si non omnes his exequendis poteritis interesse — exequantur kann man als unbekannt weglassen.

** Mülinau, Helvetia sacra II. S. 22, citirt aus dem Regestenbuche Benedict XI. eine Bulle vom 22. Oct. 1303, welche ihm G. Kopf mitgetheilt hat. Die folgende Bulle war ihm nicht bekannt. Nach Mülinau bewohnten die Zofinger Dominicaner zuerst von 1234—1238 die Pfaffenburg bei Zofingen.

*** Johannes von Nidsternberg. S. S. 2.

† Die Pfaffenburg bei Zofingen.